

sanctis iusticia originalis. Ecce homo hic ē loc<sup>o</sup> tu<sup>o</sup> / in quo te posuit dñs deus tu<sup>o</sup>. Hic ē status tue rectitudinis in quo te creauit / et in quē ascensionē ī corde tuo disposuit. Vide hunc statū rectitudinis quē adhuc erectiōe corporis figuras: licet corde longissime: vt statim dicet: ab eo sis pegrinatus: et dic cū lachrymīs. Stantes erāt pedes nostri affectuales ī atrijs tuis hierusalem.

**U** De valle lachrymarū ad quā hō per lapsū primi hominis decidit: et de virū anime desitutōe et deordinatiōe quā incurrit. Et hic ē prim<sup>o</sup> lapsus a statu nostre rectitudinis predicto. **Ca. iij.**

**A** Adisti hō de loco in quo te dñs posuit et ad quē debeas ascēdere / vide nūc vallē lachrymarū ad quam plapsus cecidisti. Prochdolo: tāta gloria et honore sublimatus pthoplastus primus parens noster cum esset in honore non intellexit / sed se a creatoris sui imperio auertit trasgrediens preceptum diuinū. Ideoq; grauitē cecidit et nos omnes in eo. Nā oēs in eo fuimus vi quadaz pductiua vel seminali rōne. Itaq; cecidim<sup>o</sup> omnes / et vt Bernardus dicit. Cecidimus simul in lutū et sup aceruus lapidū. Unde et coinquinati fuim<sup>o</sup> originali culpa: et collisi et cōfracti: et in oibus virib<sup>o</sup> et potentijs aīe optime: vt pmissū ē: dispositis / grauiteryu'nerati. Amissa etenim iusticia originali ipso casu et iusto dei iudicio / ipse vires et affectiōes a suo statu plapse diminute sūt pariter et deordinate. Non aut oīno de-

fructe / sed contrario mō se habentes q̄ prius habu-  
erunt / sibi inuicē motibus suis et impulsib⁹ cōtrariā-  
tes ⁊ repugnātes. **S**iquidem vt quotidie: ne dicam  
continue: experiris / nisi totus insensibilis sis / ipsa sē  
sualitas vis scilicet concupiscibilis et irascibilis vo-  
luntati sunt rebelles et contrarie. sed et ip̄a volūtas  
q̄uis non preter / frequenter tamē agit contra ratio-  
nem. **E**nde cōtingit vt nunc iste vires et effectus lō-  
ge aliter mouent q̄ a deo fuerunt institute / p̄ne ad  
malū et procliuēs semper ad illicitum cōcupiscēdū.  
**S**iquidem rō ipsa ceca facta erronea et obtusa sepe  
falsa pro veris recipit / frequenter inutilibus et curi-  
osis se inuoluit. **V**oluntas facta est curua / sepe dete-  
riora eligit / carnalia diligit / sp̄ialia et celestia vilipē-  
dit. **V**is autē concupiscibilis destituta ē et quodam  
mō plapsa in concupiscentiā carnis / cōcupiscentiā  
oculorū / et carnales voluptates: id est gulā luxuriā  
et auariciam. **I**rascibilis x̄o deordinata ē et prolap-  
sa in supbiā vite / ⁊ gloriā mundanā. **S**pes nō sperat  
de deo / sed vel in diuitijs vel in pprijs meritis / vel  
sperat plus vel minus iusto. **T**ristamur de amissiōe  
diuitiarū / et de despectu mundi. **G**audem⁹ de gula  
et luxuria: **F**rascimur fratri. **B**reuiter ex amissione  
originalis iusticie omnes affectiōes prone sūt i ma-  
lū ab adolescentia / immo a cōceptiōe sua. **N**am ip̄a  
anima ex carne cōcupiscibiliter concepta contrahit  
fomitē et cōcupiscentiaz inclinationē ad malum.  
**S**ane christus morte sua preciosissima a culpa ori-  
ginali nos redemit: vt hmōi virium destitutio vel  
lex carnis iam non sit culpa / cum iam ad eam nō ha-

bendam non obligamur ne sit damnatio aliqua his  
qui sunt in xpo Iesu. Sed in pristinum statum recti-  
tudinis nequaquam nos restituit/nec vires anime refor-  
mauit: sed ad nostrum exercitium et meritum nobis eas re-  
liquit per sancta exercitia reformandas. Ecce hec est  
vallis lachrymarum/status miseriarum ad quem ceci-  
dimus et vnde resurgendi ascensiones in corde debe-  
mus disponere postmodum ascensuri

**Q**uod homo non solum progressus est a statu  
rectitudinis in lapsu primi hominis: sed etiam  
illectus concupiscentiis longum abijt ad impuri-  
tatem cordis: Et quid sit impuritas cordis: et  
hic est lapsus secundus. **Ca. iij.**

**A**gna vere et magna nimis distantia inter  
vallem lachrymarum ubi nunc es consti-  
tutus/et locum in quo te dominus olim posu-  
erat: videlicet statum tue rectitudinis/ideoque magnus  
ascensus necessarius vel certe multe necessarie sunt as-  
censiones: magnoque opus est labore si illuc vis redire.  
Sicut vna hic peccassisses: vna hic decessisses/et non longum  
discessisses: sed heu tu fili perdisce quamquam meretrici-  
um: id est concupiscentiarum abstractus illecebris iusti ad  
partes adhuc multo remotiores: imo ut ait scriptum etiam  
gelum in longissimam regionem abiens post concupiscentias  
tuas/ et fornicans cum meretricibus: id est cum concu-  
piscenciis. Nam quoties concupiscimus: toties ut  
ait Hieronymus fornicamur. Itaque omnia bona et por-  
tionem bonorum naturalium et gratuitorum que tibi conti-  
gerat consumpsisti. Siquidem in casu primi hominis ut